Fragmentarium

insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua
Insidiatur ut rapiat pauperem:
rapere pauperem dum attrahit eum
In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit
se et cadet cum dominatus fuerit pauperum
Dixit enim in corde suo oblitus est deus:
avertit faciem suam ne videat in finem
Exurge domine deus et exaltetur ma
nus tua: ne obliviscaris pauperum
Propter quid irritavit impius deum:
dixit enim in corde suo non requiret
Vides quoniam tu laborem et dolorem considera
ras: ut tradas eos in manus tuas
Tibi derelictus est pauper:
orphano tu eris adiutor
Contere brachium peccatoris et malig
ni: queretur peccatum illius et non invenietur
Dominus regnabit in eternum et in seculum seculi:
peribitis gentes de terra illius

License: public_domain – Kortrijk, Rijksarchief te Kortrijk, Verzameling Goethals-Vercruysse. Handschriften, nr. 41, fol. [7]r – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-izlr/9695/70789)